



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Saxonia || Et || Metropolis || Alberti Crantzii || Historici  
Doctiss. Sacrae || Theologiae & Iuris Canonici Doctoris ||  
celeberrimi, ac Ecclesiæ Ham-||burgensis quondam  
Decani**

**Krantz, Albert**

**Coloniae, 1574**

Capvt XXXVII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11453**

ceps Brunswici, fratre fugato in Transyluanam regio-  
nem.

## CAP VT XXXVII.

**B**Ellum autem, quod volente pontifice, Albertus Ro-  
manorum rex suscepit aduersus Philippum re-  
gem Francorum, cum se ex decreto Papæ scribere iube-  
tur regem & Romanorum, & Francorum, desijt in  
nuptias: Nam reges inuicem, missa pontifice facto, af-  
finitatem inierunt, secundo post iubileū anno, cum Phi-  
lippus Alberto filiam suam daret coniugem. Celebratæ  
sunt nuptiæ regales splendidissimæ in vrbe Parisiorum.  
Aderat Gerbadus Gerhardi filius, Holsatiæ comes, tum  
admodum adolescens, literis, vt ea etate consueuere no-  
biles, iniibi inseruiens: & assequutus est brevi Lubicensi  
semprepositurā, cum ordine sacro. Sed cum fratres eius  
morte desicerent, per apostolicam dispensationem, vt  
firps propagaretur, accepta vxore, filios reliquit: quod  
suo loco commemorabimus. Interim verò cum Holsatiæ  
comites, Gerhardus & Henricus fratres, in Stormaria:  
Iohannes cum fratribus, in Wagria manentes vnanimi  
consensu, quosdam ex militaribus nō satis dicto audien-  
tes, terra eiecssent: quodq; in nouissima expeditione in  
Thietmaria, hostibus, quam dominis, propensiores, vel  
conciassent, vel primi inissent fugam, ad Albertum Sa-  
xoniæ ducem ad Albim cominorantem se contulerunt:  
& contracto vndiquè armorum auxilio, de Magnopoli,  
deq; Saxonia memorata, ad turmam octingentorum  
equitum, ex districtu Saxoniae mouentes in Holsatiam,  
transito flumine Bilena, vsque ad Trauenam, omnia va-  
luere: illoq; flumine per vadu transito, ulteriora petiē-  
re, ferro & igni omnia deformates. Cumq; regredi iam  
pararent, prada onusti, comites ad vadu fluminis, quod

Q q 4 transie-



transierant, quodq; repetendum illis intellexerant, et  
ma quanta poterant contrahentes, illis se obiecere. La-  
bicenses autem ciues, tam duci, quam comitibus per-  
què affecti, amicabiliter medios se interposuerent: &  
quanuis primo certamine multi ex Saxonum agmine  
cediderint, pauci ex Holsatis, treugae tamen, quae per  
instantiam Lubicensium interuenerant, effecere, ut co-  
mites hostem in suo concludentes, pro sua voluntate re-  
composita & captiuos & omnem prædam reciperent,  
dux cum propulsis, magno suorum discrimine, rediret  
in sua: Mansit tamen inter Holsatos & Lubicenses ra-  
dix amara, quod ciues magna præda occasionem Holsa-  
tis interuertissent. Vnde factum est, ut concurrentibus  
nonnullis differentiarum capitibus, militares Holsati in  
ciues Lubicenses acriter inuecti, multos ex his oppre-  
rint ad vicina Stubbendorpe. Quo tempore nonnulla  
sunt visa de cælo prodigia, cum in Marchia Branden-  
burgensi, ad oppidum Vredeland, die Remigij cecide-  
rint è cælo igniti in morem grandinis lapilli, & incensis  
prædijs, & quibusque rebus in agro comprehensis, in-  
gentia damna rusticæ plebi importarint. Hoc est illud  
tempus, quo Ericus rex Daniae princeps pacificus, vocatus  
vnde cunque de conterminis finibus omnium graduum  
principibus, generalem terrarum pacem firmare consi-  
tit: Profecit autem plurimum. Nam inter comites Hol-  
sati & ciues Lubicenses pacem reformauit: interque  
ducem Saxoniae Albertum, & comites memoratos. Quo  
merito ciues Lubicenses in eum propensores facti, de-  
fensorē illum suū fecerent: quod multis vicinis fortunatiorū  
stimulos iniecit inuidia, annuasq; mille marchias in  
decenniū illi cōsignarūt: Nec parua fuit eius rei utilitas,  
& longe ab Imperio positi, modicā indē sentiant pteccio-

nem.

Otto enim dux Brunswicensis & Luneburgensis, nuper ex qualibet causa, immisso trecentis equitibus, igne & ferro cuncta circum urbem praedia deformauit: ut ad excursionem ciues elicerentur, magna equitum parte in insidijs manente, minor se cohors hostium ostentabat: Qua fidutia, ciues cum suo praefecto raptis armis egressi, insidijs excipiuntur. Cecidit in primis praefectus, & captis aliquot, ceteri se fugae commiserunt. Eare & similibus inducti Lubicenses, protectorem suum regem Danie Ericum constituerunt.

## CAPUT XXXVIII.

Holsatiae autem militares necdum quieti, dominis suis comitibus ex prioribus causis bella renovarunt, & cum Thiermarsis foedera iungentes, arbitrati sunt se pares futuros comitibus. Ingentem autem manus de palustribus & wilstriæ & Thietmarsiæ contrahentes, in Vtersten villam conueniendum sibi edixerunt. Comites autem cum residua militarium manu, & copijs, quas de proximo, deq[ue] proprijs finibus contraxerent, obuiam rebellibus profecti, prælium iniérunt: Pertinax diu pugnauit, sed inclinauit comitibus fortuna: captusq[ue] hostium primipilarius cognomento Peltz cum aliquot seditionorum primoribus, morte mala mulctati, publico iudicio periérunt. Memoratus verò primipilarius quadripartitus velut patriæ proditor, post extremum supplicium coruos pauit: Qui verò fuga euasere militares, Lubicam protinus, interposita primùm publica fide, petiere, & ingressi, diu sese ibi continuere. Gerhardus comes eam rem tulit agerrimè, hostes publicos ab his quos sibi duxit amicos, receptari: erat, quod ciues suo facto in purgationem prætendere poterant, umbraculum, nè deterius aliquid admitteret desperatio: Sed id

Qq 5 à comi-

